

SCRIPTA

Numéro Scripta : 7190

Auteur(s) : Henri II Plantagenêt, Angleterre (roi)

Bénéficiaire(s) : Angers, Saint-Laud (collégiale)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : [1172-1177, décembre]

Lieu d'émission : Angers

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Confirmation des biens de l'église Saint-Laud d'Angers.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Berger Élie, Delisle Léopold, *Recueil des actes de Henri II, roi d'Angleterre et duc de Normandie concernant les provinces françaises et les affaires de France*, Paris, Imprimerie Nationale (Chartes et diplômes relatifs à l'histoire de France), 1916-1927, 3 vol., n° DVIX, t. 2, p. 64-66.

Dissertation critique

« 1172-1173 – 1175 » : sur la datation de cet acte, voir DELISLE/BERGER, *Recueil des actes de Henri II*, t. 2, p. 65. Souscriptions de Geoffroy, évêque d'Angers, et d'Étienne, de Fougères, évêque de Rennes, morts en 1178 ; Henri II a passé à Angers la fête de Noël 1177. Cet acte, qui porte la formule *Dei gratia*, n'est pas antérieur à 1172-1173.

Texte établi d'après a

Henricus, Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, [et] comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus, ministris et omnibus fidelibus suis, salutem.

Sciatis me concessisse et presenti carta mea confirmasse cappellanie Beate Genovefe virginis et Beati Laudi confessoris, intra muros civitatis Andegavensis ante fores comitalis aule posite, et clericis ibidem Deo servientibus, pro salute anime mee et predecessorum et successorum meorum, foragium et decimam vinearum et terre arabilis quam modo habent pro dimidia parte panagii quam habebant in foresta Vitrearia de dominio comitis, et boscum ad coquinam et vineas et pistrinum, et VIII. arpenta vinearum in alodio Peluchardi, que fuerunt [Theobaldi Aure]lianensis, et nonum in Angularia in terra Sancte Gemme, et consuetudines ceterarum vinearum, si quas clerici comparaverint, vel ad usum ecclesie vel ad suum, tali conditione ut vineas illas quas proprias tenuerint post decessum suum ecclesia [possideret]. Concedo etiam eis et confirmo V. quarterios vinee super flumen Meduane, juxta prata Aquarie, qui fuerunt Galterii Gurmari. Ad bucam Meduane terram que fuit Gosberti de Mariaco, cum aquis et pratis et molendinis, absque ulla consuetudine, et de bosco ipsius Gosberti dimidiam partem, hoc est totius boschi qui dicitur communalis octavam, et in aqua Sancti Albini subtus Pontem Sigeii unum locum molendini et alium locum inter arcas predicti pontis et decimum denarium de moneta Andegavensi ; in castello Losdunensi, ad villam que dicitur Vivrai, octo arpenta terre arabilis ad censum solvendum et pratorum arpenta duo et dimidium,

et vinee arpentata tria allodialia, et ibidem operam unam ad censum, in suburbio ipsius castelli unam mansionem ; item in eadem castellaria terrulas que per concambium comutate fuerunt ab milite de Campis, quarum hec sunt nomina: Angularis, Trio et Valleia ; item in aliis locis quatuor mediatorias in villa que dicitur Buca Meduane. In pago Andegave[nsi] ecclesiam in honore Sancti Symphoriani martiris, cum villa et terris et pratis ad eam pertinentibus, et foragio et omnibus consuetudinibus terre et fluminis a Rupe Colubraria usque ad ductum, a ducto vero usque ad vallem que terminat predictam terra[m], a rupe illa que dicitur Bocherella. Concedo eis similiter omnes consuetudines terre et fluminis et vicariam de illis fossatis que in ripa contigua terre illi facta erunt, et de navibus tam majoribus quam minoribus unam minam salis et dimidiam partem commendationis ; in loco qui dicitur Gosia, ipsum boscum et terram, et iterum terram que dicitur Anfraniacus, simul cum pratis ad eam pertinentibus ; in foresta mea cui nomen est Camberiiis, exsarta que ducuntur ad illum brachium, et simul decimas de tota terra forestarii Gosfridi cognomento Boschiri, et prope ipsum locum exemptionem quam comes Gosfridus, predecessor meus, promisit facere Johanni clerico suo in eadem foresta absque ulla consuetudine. In parrochia que dicitur Branus concedo eis vicariam et alias consuetudines meas de terris quas comparaverant vel deinceps comparabunt ibi vel aliis locis predictae ecclesie clerici. Concedo etiam eis..... quam de liberandis collibertis habebat predictus comes Gosfridus, ubicumque liberaretur, si quidam ex clericis ecclesie adesset. In Augularia juxta civitatem Andegavensem loco Genestulio terram que fuit Ursonis militis de Carnono, cum vicaria et vinagio et vinearum et forragio pro quo Johannes magnum ciphum vini bibit, quem Garinus cellararius prefato comiti pretulerat. In flumine Ligeris ductum unum, cum piscaria et omni consuetudine et molendinis duobus de presenti, et quatuor aliis post obitum Theobaldi Aurelianensis eis concessis, simul cum septem quarteriis vinee que sunt juxta Spaltum. In loco qui dicitur Lupellus pratorum arpentata septem, et totidem in villa quam nominant Fossas, et quatuor [in] Insula Longa. Quare volo et firmiter precipio quod ipsa capella Sancte Genovefe virginis et Sancti Laudi, et clerici in ea Deo servientes omnia supradicta habeant bene et in pace, libere et quiete, integre et plenarie et honorifice, in terris et vineis et redditibus, in bosco et plano, in pratis et pascuis, in consuetudinibus et libertatibus, in aquis et molendinis, in viis et semitis, et in omnibus aliis locis et aliis rebus ad ea pertinentibus, cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus suis, sicut predictus comes Gosfridus concessit eis et dedit et carta mea testatur.

Testibus : Gaufrido Andegavensi, Roberto Nannetensi, Stephano Redonensi episcopis, Ricardo et Gaufrido filiis meis, comite Guillelmo de Mandavilla, Fulcone de Mastach[io] seneschalo Pictavie, Mauricio de Croun, Pagano de Vegg., Stephano [de T]uronis seneschalo Andegavie, Guidone de Lavalle, Gaufrido Perticensi, Hugone Galler., Gwillelmo de Ostili, Gilleberto Garderobbe.

Apud Andeg[avim].